



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et  
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1647**

§. 11. Terrena Monstra.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](#)

23 Cap. I. Quid, quām varia,

monstra, de quibus agere non est nostrum  
institutum. Et quæ perstricta sunt, affatim  
docent, satis superque in aquis siue mon-  
strorum, siue miraculorum extitisse.

§. XI.

*Terrena Monstra.*

In terris, quid monstra diu quæramus,  
cùm ipsæ sint etiam, multis in locis satis  
monstrosæ? Motus anim terræ, ait natura-  
Plin. I. 2.  
nat. hist.  
cap. 93. lis historiæ author, fileantur, & quidquid  
est, ubi saltem busta urbium extant: simul ut  
terræ miracula potius dicamus, quām scelera  
natura. Et Hercule non caelestia enarrata dif-  
ficiliora fuerint. Metallorum opulentia tam  
varia, tam diues, tam facunda, tot sacerulis  
suboriens: cùm tantum quotidie in orbe toto  
populentur ignes, ruinae, naufragia, bella, frau-  
des, tantum verò luxuria, & tot mortales  
conterant: gemmarum pictura tam multi-  
plex, lapidum tam discolores macula, interq;  
eos candor alicuius, præter lucem omnia ex-  
cludens: medicatorum fontium vis: ignium  
tot locis emicantium perpetua tot sacerulis incen-  
dia: spiritus lethales alibi, aut scrobibus emisi,  
aut ipso loci situ mortiferi; alibi volucribus  
tantum, ut Soracte vicino urbi tractu: alibi  
prater hominem ceteris animantibus: non-  
num-

numquam & homini, ut in Sinuesso agro &  
Puteolano: spiracula vocant, alij Charoneas  
scrobes mortiferum spiritum exhalantes &c.

Ib. c. 94.

Quædam verò terræ ad ingressus tremunt, si-  
cut in Gabiensi agro, non procul urbe Roma,  
iugera fermè trecenta, equitantium cursu: si-

Ib. c. 95.

militer in Reatino. Quædam insula semper flu-  
tuant, sicut in agro Cæcubo, & eodem Rea-  
tino, Mutinensi, Statoniensi. In Vadimonis  
lacu, & ad Cutilias aquas opaca silua, quæ  
numquam die ac nocte eodem loco visitur. In  
Lydia, quæ vocantur Calaminae, non ventis so-  
lum, sed etiam contis, quò libeat impulsæ, mul-  
torum ciuium Mithritatico bello salus. Sunt &  
in Nymphæo paruae, salutares dictæ, quoniam  
in symphoniacæ cantu ad ictus modulantium pe-  
dum mouentur. In Tarquinieni lacu magno  
Italiae, duo nemora circumferunt, nunc tri-  
quetram figuram edentes, nunc rotundam  
complexu, ventis impellantibus, quadratam  
numquam. Iuxta Harpasa oppidum Asia

Ib. c. 96.

cautes stat horrenda, uno dígito mobilis: ea-  
dens sitoto corpore impellatur, resistens.

## §. XII.

## Monstrofi terræ motus.

Hæc, si veri sunt naturæ effectus, etsi  
non vniuersim sint vera terræ monstra;

C 4                    sunt